



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

De S. Angelis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

tui te super omnes animas. S. Michael representet eas in lucem sanctam. Quare precemur cum S. Idefonso, lib. de Virginit. B. M. c. 12. Oro te S. Angele per indissolubilem hereditatem fidei nostrae, per tuam hereditatis statum, per meam redemptionis mysterium, &c. Siquidem ut Bern. ferm. 1. de S. Michael. Nos, o B. Angeli, catelli sumus Domini illius quem tanto affectu diligitis, catelli inquam cupientes saturari de micis, quae cadunt de mensa Dominorum nostrorum, qui estis vos. Et haec dixerim Fratres, ut amplius de cetero erga Beatos Angelos fiduciam habeatis, ac proinde familiarius in omni necessitate vestra eorum invocetis auxilia. Et ferm. 21. in Pf. qui habitat. Quoties ergo gravissima cernitur urgere tentatio, & tribulatio vehementer imminere, invoca custodem tuum, Doctorem tuum, adiutorem tuum, in opportunitatibus, in tribulatione, inclama eum & dic. Domine salva nos, perimus.

In Festo S. Angeli Custodis.

Quia daemones ad infernum detrusus à DEO, odit DEUM, & quia illi nocere non potest, imaginem illius invadit, scilicet hominem, homo se non posset tueri, addit DEUS homini Angelum. Greg. *Bellum inter DEUM & daemones est, sed materia belli homo.* Arma quibus nos oppugnat, sunt membra nostra, ideo Rom. 6. *Non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato,* & 1. Petr. 2. *Abstineatis à carnalibus desideriis quae militent adversus animam.* Angelus etiam nostris armis pugnat pro nobis, cui potius illa commodemus. Veniet profecto tempus quando Angeli canent tubis, & tum ad se eos colligent qui contra daemones militarunt.

In Festo S. Francisci Seraphici.

Et si in verbis simplex fuerit S. Franciscus dum concionaretur

M 3

retur